

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 48. Regis responsum ad hosce Deputatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

**Sæcul XVI.**

A.C. 1590

**Regis responsum ad hosce Deputatos.****Thuan. l. c.****Davil. l. 11.****z. 2. p. 810****§. XLVIII.****Regis responsum ad hosce Deputatos.**

**E**quidem horum deputatorum auctoritas minus legitima, atque eo dumtaxat ex sine illi advenisse videbantur, ut Rex distineretur, ac foederati usque ad Maduani Ducis adventum temporis inducias prorogare possent, nihilominus Henricus IV. hosce Deputatos excipiens, eis hæc in responsis dabant:

„nulli magis, quam mihi, publica Regni calamitas cordi est, eapropter totus in id intentus sum, ut malis, ac omnibus, quæ ex nova foederatorum conspiratione orta sunt, tandem remedium apponam: quapropter Parisinos quoque in gratiam recipere paratus sum; „nolo autem, ut præter me solum quis, cunque alius hac in re partes suas interponat: nullus enim alius est, qui illis potentius gratificari potest, idque magis optat, nam eis adeo non noce, re desidero, ut potius omnibus profese, ac gratiam concedere paratus sim: „non ergo in Hispanis, aut Maduano Duce auxilium querant, illos enim pudeat, quod patriæ suæ, libertatis, que obliiti tam prona cervice gravi Hispanorum jugo fese subjiciant, cum tamen hi unice illos opprimere satagent, cujus rei testes sunt tot cives,

quos

„quos misera fame ante oculos suos p- sœcul. XVI:  
 „tire finunt, non considerantes, quod A.C. 190.  
 „eorum existant Pastores, ac quondam  
 „Deo rationem reddituri sint, nec mu-  
 „tire audent, veriti, ne Cajetaum  
 „Cardinalem, & Mendozam Hispaniæ  
 „Legatum offendant..” His dictis Rex,  
 quamvis Deputatorum mandata virtus  
 plena esse cerneret, nihilominus prout  
 petierant, ipsis concessit, ut Ducem  
 Maduanum adirent, & cum eo de pace  
 agerent, in qua si convenient, ut urbs  
 comprehendatur, conditiones deditio-  
 nis irritæ habeantur; sin contra nec  
 obsidio solvatur, neque de pace gene-  
 rali intra octiduum conveniatur, dedi-  
 tionis leges impleantur: cum autem  
 hoc spatum nimis arctum Deputatis vi-  
 deretur, utrinque re indecisa disces-  
 sum.

### §. XLIX.

*Regis literæ ad Nemorsium Ducem  
 Lutetiae Gubernatorem.*

Rex cum nimia facilitate sibi persua- *Thuan. l. 99.*  
 deret, quod Parmensis Dux nun- *Hist. Mo-*  
 quam Parisinæ urbi suppetias latus *narch. l. c.*  
 esset, proin illius deditio omnino certa  
 foret, hinc Nemorsium Ducem, ut se-  
 curitati suæ consuleret, nec se vana hac  
 spe deludi pateretur, admonuit, hu-  
 jusque tenoris literas ad eum transmi-

F 5 fit: